



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CLXX. Romana liberationis à molestiis. De apertura, seu restitutione
fideicommissi etiam ante tempus, vel purificatem conditionem ob
alienationes, & dissipationes ad ext. in l. Imperator ff. ad ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

lè administrantis sola controversia est super competentia hypothecæ legalis ut supra, sed ea posita ratione doli; Vel quia altera opinio *Theſaur. & Caſilli* ac aliorum verior videretur, tunc in foro non dubitatur de illius initio à tempore susceptæ administrationis ad instar tutoris ac aliorum de quibus supra, dum illæ decisiones in quibus ratione scientiæ, ac doli præsumpti, quem absolutum est sufficere, id supponunt tanquam certum, ideoque accedente hypotheca expressa & conventionali, idem sine dubio dicendum veniebat, cum ita adisset contractus expressus, cum quo curatum fuit fideicommissi indemnitati providere, atq; propterea credo, vel quod ita iudicatum fuerit, vel quod mulier curaverit super aliis bonis ejus jura experiri, aut quod partes concordaverint, dum post unicam dispositionem, quod sciam amplius de causa actum non fuit.

ROMANA LIBERATIONIS A MOLESTIIS

P R O

DOMITILLA CESIA

Et aliis creditoribus.

C V M

ANTONIO, & JO. MATTHÆO
DE GRIPHONIBUS.

*Causa disputata in Signatura justitiæ
pendet in Rota.*

De apertura, seu restitutione fideicommissi etiam ante tempus, vel purificatam conditionem ob alienationes, & dissipationes ad text. *in l. Imperator ff. ad Trebellian.* Et quid in præjudicium creditorum gravati.

Et de alimentis debitis ipsimet gravato, ejusque filiis, & aliis in concursu ejus creditorum ex bonis fideicommissi.

S V M M A R I V M.

- 1 **F**Acti series.
- 2 **D**istinguuntur puncti cause.
- 3 **C**ollusio est difficilis probationis & probatur etiam cum suspitionibus, & conjecturis.
- 4 **A**ctus collusivus est nullus & habetur pro infecto, ideoque proceditur executivè etiam contra tertium.

- 5 **E**odem modo quo proceditur executivè committitur in quibus facti est alienatio lte pendens.
- 6 **D**e materia text. *in l. Imperator ff. ad Trebellian.* ut ob dissipationes fiat locus restitutioni fideicommissi etiam ante factum casum conditionis.
- 7 **D**e errore scribentium extra casum præsumptionis applicationem.
- 8 **G**ravatus fideicommissi potest alienare pro tempore vite, seu eius jure duranti.
- 9 **D**eclaratur conclusio de qua num. 6 ubi ad gravatos gravati.
- 10 **P**ossessor fideicommissi postquam illud ægrè restituit, seu præventivè restituit in præjudicium creditorum, vel jus habentium in re.
- 11 **M**ultò minus potest præjudicare per interdictionem.
- 12 **D**e alia consideratione ob quam confirmatur de qua num. 9.
- 13 **I**mpugnatur seu declaratur conclusio, de qua num. 6.
- 14 **Q**uod ipsi gravato in præjudicium eius non debeantur alimenta.
- 15 **M**inus ipsius gravati parentibus & continuis.
- 16 **Q**uid de filiis vocatis ad fideicommissum.

D I S C. C L X X.

Cum Antonius Griphonus possessor fideicommissi ordinati per Matthæum Griphonem Episcopum Triventinum ejus avi, vel ab eo prole legitima careret, legitimari curavit, hanc prolem suam naturalem, illumque dicitur per tam coram *Dunozeto* declarari vocatum ad fideicommissum, ut *ex de off. 98. in fine* deindeque ipse patre ex filio in eadem domo demque mensa viventibus sub dicti *Matthæi* ne reportata fuit sententia ab A. C. super restitutionis etiam ante obitum patris oblationes, & alienationes juxta dispositionem, *in l. Imperator ff. ad Trebellian.* cujus sententia repugnabat impedire patris creditores, ne massam eum obrenta exequi possent super fructibus redditibus bonorum fideicommissariorum debitoris jure durante; Cumque id præjudicium referret *Domitillæ Cesia* hæredis *Matthæi* fratris, & pro majori parte fideicommissi proinde eadem creditoribus assistendo oblationem eodem iudice, qui dictam sententiam prædictorum bonorum fructus deponeret, vel ab eisdem partibus desuper provideretur, vel ab eisdem à Rota cui ad instantiam creditorum prædictorum commissi causa appellacionis à dicta sententia appellaret, assumpta esset juxta *l. in fine* de appellacione in Signatura super modo rescribendi, ad rescribendum esset de appellacione ad utrumque actum devolutivum, ac suspensivum, ut prædictum devolutivum, ac suspensivum, ut prædictum appellans, vel ad devolutivum tantummodo devolutiva clausula sine præjudicio, ut rescriptum fuit, resquam quoad quosdam mentras summas dice decretas pro utriusque alimentis equo respectu *Rotæ* remissa fuit; Hinc proinde appellacionibus desuper habitis in Signatura ut prædictum varietati ingeniorum *Volantium*, quorum uno, alii verò super altero, & alii super altero principaliter insitebant, de tribus appellacionibus scilicet, an processus executivus appellacionis suspensivæ competere in præjudicium debitorum adversus Antonium debitorum

ligationis cameralis competeret adversus Jo. Mattheum in vim dictae sententiae possessorem jure proprio independenti; Secundò circa dictos terminos *text. in d.l. Imperator*, An scilicet esset necne locus dictae praeventivae restitutioni, cum ab hoc puncto penderet inspectio collusionis, à qua pendebar resolutio dicti puncti praecedentis circa ordinem iudicii; Et tertio circa alimenta, quae ex dictorum bonorum fructibus praetendebantur praecipua adversus creditores, tam pro ipsomet Antonio debitore, quam pro Jo. Mattheo successore, ac etiam pro ejusdem Antonii matre.

Super primo latis modica disputatio habita fuit, quoniam ex facti circumstantiis, potissimè verò ex eo, quod idem iudex qui sententiam protulerat, ita decreverat, collusio habita fuit pro nimis clara, cum enim ista sit difficilis probatio, illius idcirco probatio ex conjecturis & suspitionibus admittitur *Anan. in rubr. decretal. de collus. detegen. num. 4. & alii apud Seraphin. decis. 763. num. 8. apud Merlin. decis. 13. num. 4. Fab. de Ann. cons. 104. num. 7. cum seqq.*

Posita verò collusionis resultat actum haberi pro verè infecto, nullumque exinde dominium vel possessionem abdicari vel respectivè transferri *l. 1. & tot. tit. C. de collus. cap. 3. ex eod. & DD. communiter, de quibus plene Fab. de Ann. dicto cons. 104. num. 12. & seqq. ubi quod neque ipsi colludenti nocet, Seraphin dicti dec. 763. num. 9. Merlin. dicta decis. 13. num. 2. & 3.* Et consequenter oppositor dicti non poterat tertius possessor titulo singulari translativo domini, qui impediret processum executivum, ut de isto exercendo contra tertium, in qua lite pendente facta esset alienatio, ex collectis *per Surd. consil. 357. num. 13. Cancr. par. 2. var. cap. 12. num. 17. cum seqq. Rot. apud Rojas decis. 209. num. 3. & des. 258. num. 3. par. 10. rec. & in aliis.* Maximè quia agebatur tantum de provisione pro asscuracione quae ex facti circumstantiis necessaria videtur, ne alias iudicium remaneret elusorium.

Quo verò ad secundum punctum, de quo ut dictum est Signatura, ut solet, gustare voluit, non ad effectum illius decidendi, cum id ad se non spectaret, sed ad effectum regulandi punctum praecedentem collusionis, à quo pendebar inspectio, an oppositor dici posset verus tertius possessor, qui impediret necne processum executivum.

Scribentes in contrarium transcribendo ea quae ad materiam hujus *text. in l. Imperator ff. ad Trebell.* post antiqui res repetentes ibidem plene deducit *Molin. de primogen. lib. cap. 16. & ex eo cæteri collecti per Giurb. ad consuet. Messan. cap. 7. glos. 9. Man. gil. de impu. cap. 44. num. 12. & omnium latius per elaboratissimum Castill. 8 tom. controver. cap. 43. numer. 28. quem solum pro meo genio allegare sufficeret ei qui partes transcriptoris facere nollit, ita cum copiosissimis allegationibus chartas implebant ad probandum, quod dicti *text. dispositio* esset in usu, rejecta opinione *Cumani. & 10. de Imola* ibidem assententium illam hodie non procedere utpotè correctam per jus novum Codicis per quod tollitur ratio, cui dicta *l. dispositio* innixa est, quod scilicet inter patrem & filium dari non posset cautio, ut erat attentio jure Digestorum, dum id ex jure novo dari potest, quodque sequenda esset opinio *Molin. dicto cap. 16. num. 6. & seqq.* ubi verius contrarium dicit utpotè magis communiter receptum, quamvis relata *num. 2. & seqq.* dicta contraria opinio, e jusque ratione *post num. 4. fateatur* eam esse ur-*

gentissimam, ac penè indissolubilem, & cum *Molina* post *Giurb. & alios* pertranfit *Castill. dicto tom. 8. cap. 43. num. 36.*

Scribens Ego pro Domitilla aliisque creditoribus dicebam, quod quidquid esset de praemissis in puncto juris inter gravatum & substitutum, ubi ageretur de tali dissipationis qualitate, quod convenirent termini *dicti text.* neque cautionis, vel alterius provisionis remedium sufficiens iudicaretur, Adhuc tamen eis positus, neque applicabantur ad casum, tam ex facto, quam ex jure, ex facto scilicet, quia in eo non verificaretur illa dissipationis species quae requiritur, ut juxta praefati *text.* dispositionem hæc immatura, seu praeventiva fideicommissi restitutio intraret; Et ex jure, quoniam omnia quae ad materiam hujus *text.* tractantur per *DD. collectos per Molinam, Giurbam, Castill. & alios supra recensitos,* percutiunt casum controversiae inter gravatum, & fideicommissarium, nullo tertii interesse admixto, non autem casum nostram, in quo ipsi gravato non conquerente, imo ut urgentia argumenta probabant, colludente, agebatur de principali interesse creditorum, quos terminos quantum observare potui, superius allegati a calii apud eos non percutiunt, neque ad hanc distinctionem descendunt.

Unde propterea inculcabam ea quae adeo frequens, ac fortè viriosa est mea dicendi consuetudo, vim seu doctrinam consulenti, vel iudicantis hodie non consistere in repletionem chartarum cum copiosis allegationibus, & cum cumulo conclusionum extranearum, sed super congrua applicatione ad casum praecisum quem ejus particularibus circumstantiis attentis strictè percutiant conclusiones, ac auctoritates, quae illi adaptatae sint, istud autem semper cogor repetere, quoniam ex eo pendunt totaequivoca tantaeque confusiones in hac legali facultate, cum non modico iustitiae, ac veritatis detrimento, Adinstar illius adeo replicati documenti, quod jam fastidierat discipulos B. Jo. Evangelistae, qui senio confectus, atque ab eis rogatus de salutaribus documentis, semper illud mutuae dilectionis repetebat, quoniam illud sufficit, ac necessarium est.

Non constabat enim de illa dissipatione, quae vel juxta unam opinionem debet esse dolosa, & cum machinatione, vel juxta alteram, quamvis absque dolo, debet esse magna, & talis quod pro iudicis prudenti arbitrio non repararetur sufficiens remedium cautionis vel aequipollens, ex deductis post antiquiores ab eo relatis *per Merlin. dicto cap. 16. num. 12. & 13.* ex quo totum desumunt alii moderniores, dum non agebatur de pecunia, de qua proprie loquitur *textus* minusque de mobilibus dissipationem irreparabili subjectis, sed de stabilibus quae extabant, atque dissipata non erant, solumque aliqua facta erat alienatio vel obligatio fructuum suo jure durante, quod sine dubio dissipationem non importat, quinimò neque prohibita alienationem, quoniam non data illa adeo ampla prohibitionem hominis quam Hispani supponunt in illis majoratibus juxta eorum consuetam formulam, sola prohibito legis non tollit gravato facultatem alienandi bona pro ejus vita, vel jure, salvo jure fideicommissi ex collectis *per Fusar. quast. 525. & 527. latè Rot. decis. 328. num. 27. par. recen. & passim.* Est enim principium absolutum in praxi quotidianum, ac frequens, ut in specie hujusmodi alienationis locorum montium fideicommissi subjectorum pro vita seu jure possessoris

UCA
entis

sefforis habetur pluries *sub tit. de Regalibus* ad hanc materiam locorum monium, ideoque ex solo facto cessat occasio disputandi in radice.

Præterea quando etiam constaret de tali dissipationum qualitate, ita & taliter quod in solum præjudicium gravari dissipantis, malèque gerentis locus esset dictæ præmaturæ restitutioni ad terminos text. *ind. l. Imperator*, Adhuc tamen id sine dubio etiam cum sentu veritatis, dicebam recipiendum non esse in hac facti specie in præjudicium creditorum præsertim hypothecariorum, quibus opponentibus, aliud vocatus ad fideicommissum prætereundum non potest, nisi vel idoneæ cautionis remedium, quo mediante ejus indemnitati bene consultum sit circa bonorum substantiam rectè conservandam vel ad summum, quod sibi decerneretur quædam tenura, seu administratio ad instar illius tenuræ, ac administrationis quæ datur speranti successionem donec illa vacat, seu est in pendulo juxta deducta supra *disc. 7.* & alibi, ad commodum tamen, ac utilitatem creditorum durante jure gravationis debitoris; Vel magis proximè admittat illius tenuræ, ac administrationis quæ datur mulieri de bonis viri vergentis ad inopiam, suaque bona malè administrantis pro dotis asscuracione juxta satis vulgares terminos text. *in l. si constante ff. sol. matr.* quoniam fructus exonerantes post matrimonii onera dictæ asscuracione non obitante cedunt commo do creditorum, eum similibus.

Quantvis enim ex magis communi receptaque sententia, de qua alibi *hoc eodem tit.* frequentius autem *sub altero de credito*, ille cui delatum est fideicommissum possit illud non agnoscere in præjudicium creditorum, ita ut intrent etiam termini text. *in l. qui autem ff. que in fraud. cred.* Attamen postquam agnovit non potest illud repudiare, seu alias præventivè restituere in præjudicium creditorum, & si fiat, ipse fideicommissarius consideratur tanquam simplex cessionarius, vel donatarius refutantis ejus onera, & debita, obligatus pro æquivalentia ejus, quod importat jus refutantis donec vivit, vel durat, perinde ac si actus non esset sequutus, ut cæteris telestis *apud Cancer. par. 3. var. cap. 15. numer. 172. Fontanell. decis. 39. Giurb. de success. feud. § 2. glos. 11. num. 24. Salgad. in labyrinth. par. 2. cap. 15. per tot. Rot. in Auximana dotum.* de qua infra *disc. 195.*

Si ergo per actum expressum, etiam justa causa vestitum ac publicè, palam, & bona fide id fieri non potest, mul. d. minus absque dubio dicendum est id sequi non posse per hanc viam, Tam quia lex imposita diceretur potius verbis quam rebus, atque quod directè ac palam fieri non potest, ita indirectè sequeretur contra principia; Tam etiam quoniam ita esset invitare ad delinquendum dupliciter, Primò scilicet committendo collusiones de facili cadentes inter patres & filios, vel alios proximè attinentes ad supplantandos creditores, Et secundò ad faciendum dissipationes, quæ huic præventivæ restitutioni locum aperirent, ideoque pro meo judicio casus videbatur in capax dissipationis.

Clarius verò in hac facti specie, in qua vocatus ad fideicommissum, magis venire dicebatur, ex providentia, & voluntate Antonii debitoris quam fideicommittentis, quoniam si à patre non fuisset legitimatus, ac agnitus in filium, nullumque successionis jus haberet, atque bona remanerent libera, dum alii attinentes non sunt de genere vocatorum ut firmatur *in eadem decis. 981. Dinnozert.* ideoque quidquid sit de puncto, an isti actus merè volun-

tarii gesti per debitorem qui jam debita præstare hypothecaria contraxerat, ad effectum, ut in præjudicium creditorum, id fieri ponatur, quæ jam erant in statu libertatis cadentes in vinculo fideicommissi post ipsius debitoris mortem, quod in his disputationibus examinatum non est, neque adhuc occasio dedit formiter disputandi, solum tamen dicebam, quod ad minus per actum actus præjudicari non potuerit creditoribus per debitorem jure durante.

Quodque isto casu, in quo fideicommissum præstatoris possessore ære alieno prematur, non sit intractabilis dispositio dicti text. *in l. Imperator captiosam*, ac fraudulentam cautelam maxime Ponderabam quod nullibi magis quam apud Romanos receptum est dictæ legis dispositione, ut in usu, ut *apud Molin. & alios collectos per Cas. d. 8. tom. cap. 43. num. 28. & seqq.* Et tamen ex adeo copioso, ac elaborato tractatu *de leg. & byrim. cred.* aliisque Hispanis, nil in casu quærentius est, quam concursus creditorum in Majoratibus pro jure, ac vita possessoris, qui non se subjecti, quod formalem creditorum censum pari cogitur, ita enim cum hoc alio tentando per filios, unico verbo omnium creditorum molestia vitarentur absque tot limitibus ambagibus super ipsius possessoris alimentis, aliis.

Hinc manis, ac evagatorius labor esse, alibi laudabili Romane Curie stylo abhorrensque de materia dicti textus *in l. Imperator in genere*, in abstracto, quoties controversia esset inter gravatum, & vocatum tantum abque materiae iudicii creditorum, vel alterius; & tamen illi mihi nullatenus quadrabant firmata per *Molin. Castill. & alios* pro majori parte Hispanos, quæque tumendo argumentum ab effectu, seu in Italia præsertim, atque in simplicibus fideicommissis aliquam peculiarem hominis provisionem habentibus, verior esset opinio *Cameracensis* legis non usu, vel quod omninò probabilior opinio esset opinio *Bal. in rubr. Cod. de revocand. in fraud. cred. num. 13.* quæ tanquam singulariter datur per *Alex. in eadem l. Imperator num. 1.* autem rejicitur per *Molin. d. cap. 16. num. 26.* licet pendum sit cautelæ remedium per quod tantum quidem sit fideicommissario, sed non cesset medii temporis commoditas ad favorem creditorum.

Et quidem contraria sententia continere videtur quemdam irrationabilem rigorem, soli herede innixum nulla probabili ratione vestitum, quæ rem praxis forensis præsertim in Italia recepta judiciose consuevit, ut in his terminis videtur, la cautione quam lex exigit ab herede gravato, penam usum eam recepit pro illis bonis, in quibus ratio viget, ut sunt mobilia, & alia consumptiva subjecta, non autem stabilia; Et quoad remedium, remedia inhibitionis juxta *decisionem 828. in bar. Dinnozert.* ubi concordantes, de quibus infra *in bar. Romana disc. 200.* Ac etiam habemus in usu, & consuetudine rerum, quæ usu consumuntur, ac similia, in quibus antiquitas, legali rigori ad litteram habendo, adeo de forma exigebat cautionem, quæ si ea daretur inutile crederetur legatum, moderatè rò prudentior æquitas hunc rigorem temperando locum judicis arbitrio pro congruo respectu

ROMANA DONATIONIS. DE IORDANIS

PRO CREDITORIBUS GASPARIS JORDANI

CUM EJUS FILIIS

Casus varie decisis per Rotam.

Decadm materia alimentorum, quæ in concursu creditorum gravati fideicommissio, isto vivente prætentantur per filios in spe vocatos ad fideicommissum.

SYMMARIUM.

- 1 F Alti series.
2 Resoluciones causa.
3 De alio puncto principali, an filii essent vocati.
4 Quod filii vocati ad fideicommissum pro alimentis sint potiores creditoribus gravati.
5 Declaratur ubi agitur de bonis fructiferis.
6 Idem in alimentis & sumptibus suis.
7 Quod jus alimentorum habeant filii in bonis donatis contemplatione matrimonii.
8 Examinatur conclusio de qua numer 4. & distinguitur ubi agitur de fideicommissio ascendentis, & de illo transversalis, & de ratione differentia.

DISC. CLXXI.

GUIDO Jordanus intuitu matrimonii per Gasparem filium contrahendi cum Anna, donationem ei fecit scut. 22. m. pro quibus promisit assignare tot merces ejus tabernæ, seu fundachi, prout ad aliquos annos dictum fundacum filio cessit valoris scut. 26. m. ex quibus bonificatis dictis 22. m. reliquum in diversam conventionem cessit. Cum autem Patre defuncto, Gaspar foro cessisset, eoque fugam arripiente, in ejus bonis formatus esset concursus creditorum, atque ad istos repellendos filii ex dicto matrimonio adhuc constante superstitites, prætenderent se vocatos esse ad dictam donationem totum assem absorbentem, introducta causa coram A. C. iste nè merces fundacaria aliæque bona mobilia perirent, mandavit ea vendi, ac pretium investiiri in loca montium, quorum partem licet pendente, assignavit quibusdam creditoribus cum obligatione restituendi anterioribus & portioribus, & ad omne mandatum, etiam cum fructibus medii temporis; Cumque post sententiam in dicto Tribunali emanatam ad favorem dictorum filiorum super eorum vocatione, introducta causa in Rota coram Melio sub die 14. Maii 1617. ad favorem eorum deam prodissset resolutio, quæ habetur impressa d 229. p. 12.

L I

rec.

ramento, per quod utriusque, proprietarii scilicet, ac usufructuarii indemnitati consultum sit, ut in sua materia usufructus sub tit de servit. cum similibus; Cumque de facto ex tot Rota aliorumque Tribunalium decisionibus videamus id hucusque practicum non esse, ita edocemur, vel verius esse dictæ legis rigorosam dispositionem non esse receptam, vel, & verius, non de facili ad praxim reduci illam dissipationis speciem, quæ ad hunc effectum necessaria est, quoniam ubi non agitur de fideicommissio in gratiam fideicommissarii principaliter ordinato, sed primo in gratiam gravati non de facili in dissipatione intrat ratio doli, ac malitiæ, sed potius intraret ratio pro aequalitatis, & amentie unde dari non deberet fideicommissum ita pœnale, quod exigat delictum, ut pluries in præcedentibus, ideoque solum fit locus interdictioni administrationis; Quæ tamen ita obiter insinuatam absque maturo judicio, ac formali disputatione, ut potè extra causæ necessitatem, dum ex aliis cessabat disputatio ut supra.

Demum quoad tertium punctum alimentorum, tres erant personæ pro quibus illa prebebantur cum potioritate adversus creditores. Primo scilicet Jo. Ant. Antonius debitor, & fideicommissi possessor. Secundò dictus Jo. Mattheus vocatus. Et tertio prædictorum mater, & avia respectivè; Neutri tamen dicebam deberi; Non quidem ipsi Antonio considerato solum tanquam debitori, ac possessori fideicommissi præcindendo ab eo privilegio, quod sibi daret qualitas militiæ Sancti Stephani quam obtinebat, cum nullibi in jure cautum sit creditorem teneri debitori præstare alimenta, nisi ea quæ Romanæ præteritam Curie praxis induxit ad favorem carcerati juxta deducta ter Rotam decisi 269. par. 4. rec. tom. 2. & per Scammarol. in eius praxi visitationis carceratorum.

Et quamvis scribentes in contrarium insisterent in iis quæ desuper habentur apud Salgad. in Labyrinth. par. 1. cap. 24. Attamen istud erat æquivocum clarum quoniam id procedit in Hispania, & in illis majoribus ex lege vel stylo particulari, idque non indifferenter ac favore omnium, sed pro constitutis in Dignitate, ut sunt Duces, Marchiones & Comites, in quibus intrat ratio text. in l. Miles, & cap. Odoardus. pro favore publico.

Quoverò ad matrem, & muliò minùs cum hæc omnino extranea esset testatori, Et quamvis apud eundem Salgad. d. cap. 24. habeatur quod etiam parentibus, ac fratribus ex maioratum fructibus alimenta danda sunt, adhuc tamen in proposito æquivocum solemne, id enim percutit obligationem possessoris ipsius maioratus, ut tanquam dives ac idoneus ex maioratus fructibus, qui considerantur tanquam bona libera, & propria, teneatur explere illam alendi obligationem, quæ de iure sibi incumbit, secus ubi nil habet, quia totum absorbeatur ab aere alieno.

Et quoad ipsum Joannem Mattheum, quando ageretur de fideicommissio ascendentis, intrare possent ea quæ habentur disc. seq. juxta terminos Aulib. res quæ Cod. commun. de legat. sed cum ageretur de fideicommissio transversalis, alienandi obligatio non intrat, ut advertitur supra in Romana fideicommissi scilicet Salviani de Passiois disc. 163. Ex sola verò spe, seu vocatione ad fideicommissum (seclusa ratione sanguinis) hoc alimentorum jus non resiliat, ut disc. seq. adhuc tamen causa pender in Rota sine disputatione.

Carlin Luca de Fideicom.

UCA entis